

dem nomina explicare; cum ita regulæ prudentiales exigent.

PISANA FIDEICOMMISSI PRO HIERONYMO RONCIONO.

De identitate bonorum fideicommissio subjectorum quomodo probetur, seu de illa constare dicatur, &c. Et incidenter de detractioe legitime.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
2 Legitima non detrahatur ex fideicommissio particulari.
3 Si filii vivente Patre consentiunt testamento, ejusque oneribus sibi præjudicant in legitima.
4 De probatione indentitatis prædii, & quando dicatur unum, & idem.
5 De argumentis, ut alia bona cadant sub prædii, de quo est dispositum.
6 Potest unum prædium constitui ex pluribus aliis inter se separatis.
7 Quomodo in dubio sit respondendum.
8 De argumento in contrarium pro non comprehensione, cui respondetur.

DISC. CCLXX.

Rainerius de Roncionibus nobilis Pisanus in testamento condito de anno 1575. instituit hæredibus septem ejus filii masculis, atque factis aliquibus prudentibus ordinariis circa provisionem familiarum, & communionem masculorum, necnon prohibitionem generalem alienationis ad tempus, prævia assertione, quod prædium ab ipso possessum in Communibus nuncupatis Pugnano, Librafatta, & Colognola, pro majori parte proveniret a concessione facta de anno 996. per Orthonem Imperatorem Manfredi Roncionem, voluit ut illud pro dignitate, & honore familiarum semper conservaretur, atque nunquam minueretur, sed potius auergeretur, eo modo, quo ipse testator, ejusque majores fecerunt, ac propterea, quod idem prædium semper indivisum remaneret ad favorem dictorum filiorum, eorumque descendendum masculorum, idem demandando in domo habitationis in via S. Marie, dictumque testamentum, ita ipso Testatore cupiente, ac demandante, subscriptum, & approbatum fuit per quinque ex dictis filiis, quia forte alii duo essent infantes, quorum nomine subscripserunt Horatius natu major, ac etiam quidam eorum tutor ad id deputatus.

Exortis verò inter dictos fratres, vel eorum aliquos, aut eorum filios, aliquibus controversis, illisque de anno 1616. terminatis per concordiam, in ista expressè conventum est, ut per eam nullum conferretur illarum præjudicium dicto fideicommissio, quod potius confirmatum, & approbatum esse voluerunt, atque unus ex dictis transigentibus fuit præfatus Horatius.

Cum autem ex dicti Horatii persona fratres de Maracis per sententiam consequi deberent legitimam, hinc se direxerunt contra Bajulivum Hieronymum Roncionem possessorem multorum prædiorum existentium intra dictas contratas Pugnani, Colognola, & Librafatta obvenientium a dicto Testatore, ex cuius hereditate dicta detractio faciendæ erat, atque occasione liquidationis præfate legitime orra est questio, An omnia prædia, & bona, quæ a prædicto Domino Bajulivo in præfatis contratis possidebantur, provenientia à præfato Testatore cadere deberent dicti particulari fideicommissio, ut ipse prætedebat, vel potius sub illo solum caderet illud prædium, quod nuncupatur Pugnano, atque antiquius efformatum, quoque erat ex aliquibus bonis existentibus partim in communi Pugnani, partim in illo Colognola, & partim in altero Librafatta, ubi insiduum erat palatium principale; Ac desuper ex parte dicti Hieronymi consultus.

Respondit quod questio videbatur potius facti quam juris, nisi enim dispositioe attentæ non dubitatur, quod etiam si filiorum consensus non accessisset, adhuc legitime detractio prædii non posset ex bonis particulari fideicommissio subjechtis, nisi in subsidium, factaque aliorum bonorum executione, ex auctoritatibus relatis sub tit. de legiti. & detracti. disc. 23. n. 10. ac etiam supra disc. 128. & in aliis.

Multò verò magis dicto consensu accedente, per quem in ipsismet bonis cessat omnis ratio dubitandi in isto casu, in quo non agebatur de præjudicio omnimodo in tota legitima sed solum in exemptione quorundam bonorum ab ejus detractioe, quæ in aliis remaneat salva, juxta questionem in specie hujus cautelæ disputatam dicto tit. de legiti. & detracti. disc. 16. ubi concordantur.

Et clarius stante subsecuta alia ejusdem fideicommissi approbatione, & præservativa in transactione inita de anno 1616. idè quæ questio restringebatur ad punctum comprehensionis, Quid scilicet veniret sub nomine illius prædii, seu potius, de quo Testator loquutus fuit; Itaque punctus, ut præmissum est, nudus facti, & voluntatis dicendus venit, idè quæ ex facti circumstantiis particularibus potius, quam ex juris regulis regulandus.

Juris namque regulis attentis certum est, quod identitas prædii non provenit à materiali terrarum, vel bonorum unione, sed existentia in eadem Regione, vel Contrata, sed provenit ab animo, seu destinatione Patrisfamilias, ob quam plura prædia inter se materialiter separata, cum notabili etiam plurium miliarium distantia inter unum, & alterum, & cum diversitate Regionum, vel Denominationum, possunt unum identicum prædium constituitur, juxta plura jura literalia, pluresque auctoritates, de quibus sub tit. de legiti. disc. 7.

Hinc, si tantibus dicendum est, quod si aut per unam, vel alteram Partium expresse, & conclusives fuerint probationes super inclusione, vel respectivè exclusione aliorum prædiorum, & bonorum, de quibus agebatur, & tunc cessabat omnis questio, ex nimium vulgari, ac nimium frequenter infirmata regula texti in l. lile, aut ille, ff. de legat. 3. quod in claris, & expressis non intrant quaestiones, & argumenta.

Aut verò ipsa probatio deficeret hinc inde, ad eòdè verfaremur in ambiguo, & tunc præcipue intrare dicebam operam Juristarum in examinando, cuius affistat juris regula, vel præsumptio, quæ juxta ejus naturam fundet intentionem eam allegantis, atque transferat onus probandi contrarium in alteram partem, ex relatis per Barboi. axiomat. 198. & sub tit. de iudic. disc. 2. n. 19.

In hoc autem, quantum defamebatur ex ipso testamento contextu, ac etiam suadebat illa verisimilitudo, quam præferrebat disponendi ratio per ipsum Testatorem assignata, pro omnibus bonorum comprehensione, ad favorem dicti Bajulivi Hieronymi fideicommissarii respondendum fore censui ex pluribus, quæ singulariter etiam ponderata sufficerent, multò verò magis eis simul junctis.

Primo nempe, quia Testator expresse omnes dictas contratas, vel Communitates Pugnano, Librafatta, & Colognola, idè quæ cum generaliter, ac indefinitè loquutus fuerit de eo, quod in dictis locis, vel Communibus possidebat, intrat vulgare genericum axioma, quod dispositio generaliter loquens generaliter intelligenda est, ex collectis per Barboi. axiom. 73. n. 6. & seq. & axiom. 136. n. 1.

Secundo, quia Testator narravit, quod idem prædium conservatum esset in familia per spatium sex circiter sæculorum, ab anno scilicet 996. ad 1575. quod quæ tam ipse Testator, quam antecessores in tam longo spatio temporis illud auxerunt; Prorsus etenim improbabile est, in concessio Imperatoris, quæ in spatio sex circiter sæculorum incrementum recepit, restringenda esset ad illud modicum prædium, quod prætedebatur fideicommissio suppositum esse.

Tertio, quia ejusdem prædii conservationem perpetuam Testator desideravit pro familia decore, & magnitudine, ibi con. grandex. in dicta casa, & familia, ac propterea fabulosum esset dicere, quod modico, & privato prædium congrueret iste terminus - di grandex. a d. una casa.

Quarto, fortissime quia cum Testator sciret habere septem filios masculos, quos heredes instituit, cogitavit, quod istius prædii fructus ad eòdè magni essent, quod non solum sufficerent ad eorum decentem sustentationem, sed etiam, quod ex eis possent dotari filie familie, ac etiam dissolvi debita hereditaria.

Et quinto etiam fortiter, & clarè, quia occasione prohibendi alienationem, non adhibuit verbum prædii, seu potius numero singulari, sed adhibuit in numero plurali verbum magis generale bonorum, ibi - E si sudati bene Pugnano, Colognola, & Librafatta, &c. quibus omnibus simul junctis, ista veritas nimium clara videbatur.

Neque præmissis preponderare videbatur contrarium fundamentum, quod Testator dixisset, quod istud esset potius Pugnani, quoniam ut patet ex deductis dicti disc. 7. de legiti.

Legatis, stant benè simul, quod unum prædium sit complexivum plurium prædiorum inter se distinctorum, quorum singula habeant diversas nuncupationes, & tamen quod defumant genericam denominationem ab ea parte majori, quam destinatio efficit aliorum caput, ut docet notoria totius Orbis praxis in Civitatibus, & locis habentibus sub se Castra, Villas, & Pagos, quorum singulis propria, & particularia congrunt etiam vocabula.

Nimium quoque in idem conferre advertebam observantiam, quod scilicet intra spatium annorum centum; nunquam femine, vel extranei hæredes in hujusmodi bonis successerunt, ut verisimiliter successissent; Minusque ad aliquorum alienationem eventum est, ut est verisimile, si fuissent bona libera, ut considerari solet in questione Jurispatronatus, an sit hereditarium, vel gentilitium, ex relatis sub tit. de iurepatr. disc. 23. 28. 34. & 60.

Et demum sufficere dicebam, ut id esset dubium, ut in dubio pro fideicommissio, & comprehensione respondendum esset, quoniam licet ex magis communi recepta opinione, in dubio respondendum est pro exclusione fideicommissi, ex relatis supra disc. 74. & 91. & sequitur; Attamen id procedit, quando agatur de ipsius fideicommissi duratione in genere, quia cum fideicommissum sit servitium, hinc sequitur, ut in dubio pro ejus exclusione respondendum sit favore libertatis, sed ubi fideicommissi existentia, & duratio est certa, illud quæ habeat laudabilem, ac favorabilem rationem decoris, & nobilitatis agnationis, & familie, tunc ejus favorabilis interpretatio faciendæ est, atque pro ejus sustentatione potius respondendum, ex iis, quæ ad aliud propositum habentur apud Rothob. decis. 182. num. fin. & decis. 23. par. 11. recent.

Considerabatur in contrarium, quod si hæc omnia bona sub fideicommissio comprehensa essent, utpotè majorem hereditatis assem constituita, præjudicaretur filiis in legitima. Verum id nullius momenti videbatur, tum quia ad hunc effectum opus esset firmare statum hereditatis, ex quo refutaretur negativa mobilitas, & pecuniarum, ac gemmarum, & nominum debitorum, aliorumque bonorum etiam stabilium, vel censuum, ex quibus commodè legitime detractio fieri posset. Tum clarius, quia id potius retorqueretur, atque considerandum erit tanquam fortissimum argumentum cum præmissis aliis conjungendum, quoniam alias inanis, & facta fuisset prædicta nimium studiosa, & diligens cautela curandi, quod filii testamentum approbarent, ac propterea ad hunc effectum eam prudens Testator adhibere curavit, quia rectè dicebat ita in parte præjudicari in legitima, cui per dictum consensum præjudicari dicitur, juxta deductam in superiore allegato disc. 16. de legiti. Ac propterea hæc omnia simul junctis pro fideicommissario verius de jure respondendum censui, quoniam revera isti non sunt quaestiones juris, sed facti, & voluntatis, idè quæ intrat consuetus error procedendi cum regulis, & conclusionibus juris in abstracto, vel cum doctrinis, ac decisionibus, quæ diversos percipiunt casus, magnam earum faciendæ cumulum, vel confirmationem, cum ineptissimo, semperque damnando currenti superfluo stylo præsertim in iis, quæ sunt jam plana, passimque recepta, adeo ut super eis non cadant amplius quaestiones, ipsaque pars adversa non negat, quo nil ineptius, sed totum provenit à particularibus circumstantiis facti, receptis propositionibus deservientibus pro norma, & regulatione opportuna earum, ut legaliter, non autem rusticano more, & ex proprio capite fiat congrua applicatio.

NULLIUS

Legitimi Contradictoris.

Discurfus generalis. De legitimo contradicteore in hac materia fideicommissaria; Et de remediis fideicommissario competentibus pro consequutione fideicommissi, & quando sint executiva, necne.

SUMMARIUM.

- 1 Occasio discursus.
2 Revelatio Tribunalium utriusque Signaturæ Urbis, & ubi agatur de materia, de qua in argumento.
3 An & quando in iudicis possessionis detur appellatio.
4 De Constitutioe Egidiana.
5 Regularum cum dispositione juris civilis.
6 De ejusdem Constitutiois confirmacione, & extensione.

In quibus locis illa habeat locum. De questionibus super Egidiana cadentibus. Quod non habeat locum, ubi admixtura personarum, vel bonorum Ecclesiasticorum. De alia limitatione in casu legitimi contradicteoris. Quisnam dicatur legitimus contradicteor. Quod remedium l. fin. competat etiam fideicommissario universali, & quale fideicommissario particulari, & quid in fideicommissio pro consecutum.

De duplici specie fideicommissi expliciti, & impliciti. De eodem, de quo num. 11. qualis sit legitimus contradicteor. De eodem, & præsertim de hævede adversus fideicommissum venientem ex fideicommissio probato per testes, aliasque extrinsecas probationes. De fideicommissio resolutante à clausula codicillari, an pro eo competat remedium possessionis. An illud competat pro fideicommissio contento in codicillis. De distinctione quando oppositor fideicommissi sit legitimus contradicteor, necne. Quod ubi non adeit scriptura, non possit intrare remedium l. fin. vel aliud iudicium executionis. Pro fideicommissio ex testamento nullo, in vim clausule codicillaris competat conditio ex lege. Quando fideicommissarius sit legitimus contradicteor hæredi heredis gravato agentis. De tertio possessore quando sit contradicteor fideicommissario auctori.

DISC. CCLXXI.

Um quidam clari nominis Advocatus meus amicus occasione peregrinationis, vel quia expeditur aliquantulum à Patria abesse, in plerisque Civitatibus, ac locis Status Ecclesiastici moram traxerit, atque pluries ab illis, quilibet in Curia habebat, consilium fuit præsertim super rescriptis prodiitis à Signatura Justitiæ in causis fideicommissariis, in iudicio immisionis, quod in eis adeo frequenter practicatur, quandoque scilicet referendo de appellatione ad solum devolutivum, cum clausula, sine præjudicio executionis, & quandoque ad utrumque simpliciter, quandoque verò cum clausula, Confirio quod sit locus Egidiane, istudque præsertim ultimum rescriptum esse sibi omnino novum, de aliorum verò varietate admirationem conciperet, idè quæ non posset adequatè respondere quæ sitis, vel conquaestioibus litigantium, quorum commune vitium est consulendi, quo quot sciant esse juris professores, vel aliquam fori peritiam habere, ad instar inferiorum idem agentium cum omnibus Medicis, & aliis, quos credant aliquam medicinæ peritiam habere; Hinc præfatus amicus me requisivit, ut de materia Egidiana, ac de altera legitimi contradicteoris in quaestioibus fideicommissariis, vel quæ aliis sub ultimis voluntatibus cadant, eum saltem superficialiter instruerem, idè quæ illi transmissi discursum præciseret, ut sequitur.

Quando exilis mei ingenii partus informes publicæ luci non prodissent, tunc operæ pretium fore judicarem, priusquam questio satisfacerem, te informare de Tribunalibus utriusque Signaturæ Gratiæ, & Justitiæ, à quibus frequentius autem ab hoc posteriori hujusmodi rescripta manant, cum aliis parum sufficiens, partimque opportuna remaneret instructio; Sed quoniam de utriusque Tribunalis origine, munere, stylis, ac aliis, quæ ad illa pertineant sufficienter egisse puto in duplici Romanæ Curie forensis relatione, una scilicet in Theatro libr. 15. in Relat. Curie, discurs. 30. & 31. Et altera in Opere Italici idiomatis, cui est titulus il Dott. volgare lib. 15. p. 3. Hinc ad effugendam illam superfluum evagationem, quæ fastidiosam prolixitatem potius produceret posset, ad mox citata loca te remitto, ut ita scias quamnam sint hæc Tribunalia.

Possent quoque fortè sufficienter idem agere super ipso questio, consimilem faciendo remissionem ad desuper deducta in eodem Theatro libr. 10. de fideicommissi. disc. 196. & seq. & lib. 15. de iudic. discurs. 37. & 44. sed quoniam apud illum, qui praxis Curie Romanæ peritiam non habeat aliquid majus id pareret fastidium, idcirco, ut meæ imbecillitati conceditur, sequentia subnecto rectè sciens, quod tuo magno, nimiumque perspicaci ingenio judicare sufficit, ut melius tu non informatus percipias, quam ego cum exiguo informatus explicem.

Præsupposito itaque, ut juxta narrata in utraque infirmata Curie Relat. dictorum Tribunalium præsertim posterio.

terioris Signature Justitie sint partes signandi commissio- nes appellationum nomine Papæ, etque circa suspen- sive appellations admisionem, vel rejectionem respecti- ve scripta faciendi pro causarum natura, & qualitate; ad quam revoco memoriam dispositionem text. in l. unic. C. si de moment. possess. per quam cautum est, ut interdica posses- soria suspensiva non admittant appellationem, & cum quo sensu, ac praxi procedunt communiter Civilistæ, & etiam illa fori laicalis aliorum Principatum Tribunalia, in quibus jus commune civile servatur, ut bene tibi innotescit; Sed quoniam Jus Canonicum aliter statuit, ut in omni causa, & omnique judicio etiam possessorio detur appellatio, eodem modo, quo in petitorio exceptis, ex magis recepto in pra- xi DD. sensu, duobus possessorii speciebus, illa nempe, quæ associatiois, & altera, quæ manutentionis dicitur, quoties in forma iudicii summarii per simplex decretum interlo- quutorium, à quo in eisdem iudicis libito fit pro Curie sty- lo reponere, secus verò, ubi per sententiam definitivam, adversus quam ista reponendi facultas non conceditur, istud- que jus in temporalis Ditione Ecclesiæ sub Status Ecclesiasti- ci nomine appellari solito, civili prevalet, atque in foro seculari quoque servandum est, ut per proprii Princi- pis.

Hinc Ægidius Cardinalis Albornotis Sedis Apostolicæ tunc Avenionis Residentiarum habentis, in Italica Ditione Legatus, experius inconvenientia, quæ ab ista exequatione possessorii, & petitorii resultabant, inter quamplures Constitutiones, quas edidit, & quæ ab ejus nomine Ægidiane dicuntur, istam edidit restitutoriam, seu verius, jux- ta pluries recentiam historiam legalem, introductivam dic- tæ dispositionis Juris Civiliis, vel illius ad instar, ut in pos- sessorii appellatio suspensiva non intraret.

Ista vero Constitutio eidem subjacet limitationibus, qui- dem idem Jus Civile, ubi nempe possessorium, petitorii ta- lem non habeat mixturam, ut de ejus natura in hac parte participet, vel quod injustitia obstat cum aliis limitationi- bus, quibus d. leg. unic. subjacet.

Quia verò dubium cadebat, an hujusmodi Constitutio- nes, cessante Ægidii legatione, sive Apostolica Sede in Ita- liam redeunte, evanuerint, vel quod, utpote ab altero Car- dinali Carpeni nuncupato Provinciae Marchiæ Anconitanæ Legato, cum aliquibus additionibus in volumine redactæ, ideoque Constitutiones Marohie ab aliquibus nuncupantur, in illa tantum Provincia vigerent; Hinc Sixtus IV. deinde- que Paulus III. ad omnem abolendam dubitandi rationem dic- tas Ægidii leges confirmarunt, atque in Urbe, totaque Ecclesiastica Ditione servari mandarunt.

Dubitandi ratio solum cadente, an sub Status Ecclesiasti- ci nomine veniat solum Status Italicus immediatus, non autem ille mediatus, qui per feudatarios majores vere dignitatis cum Jure Supremi Principatus regitur independen- ter, adeo non comprehendat Gallicam ditionem Sta- tus Avenionensis, & Comitatus Venetini, eademque dubita- tione cadente in Beneventana Civitate, utpote à reliquo Italico statu immediato segregata, intra viscera Regni Nea- politani, Status mediati existente.

Hinc denegatio suspensivæ appellations in hujusmodi possessorii iudiciis non juri civili, sed huic Ægidianæ legi- tributur, & per consequens, ubi dubium cadat, an posses- sorium sit tale, quod ratione mixturæ petitorii, vel ratione legitimi contradicitoris, aut ratione injustitiæ hac prerogati- va indignum censendum sit, id sub istius Ægidianæ Constitutio- nis nomine explicari solet, an scilicet illa intraret, necne, ideoque Signaturæ stylus est in præcitata ejus relatione infi- nuatus, quando de hoc dubites, rescribendi de dicta clausula, *Consulto quod sit locus Ægidiane*, id est, quod Tribunal Rote, cui gravium causarum commissiones dirigi solent, quia nempe summam causarum quingentum excedant, cognoscat, an illud possessorium cadat sub dictæ Constitutionis regula, vel potius sub ejus limitationibus; Indeque provenit, ut in adeo copioso Rotalium decisionum numero, de hoc dubio actum legatur, an sit locus Ægidiane.

Nedum autem istius regulæ limitationes intrant in iis ca- sibus, in quibus ad mentem juris communis civilis genera- liter, & ubique cadunt, ratione scilicet mixturæ petitorii, seu legitimi contradicitoris, aut patentis injustitiæ, sed etiam, ubi personarum, vel bonorum Ecclesiasticorum mixtura dignoscatur, quoniam ubi persona Ecclesiastica, sive in figura Actoris, sive rei sit in causa, cum jure tamen, & interesse immediato, & principali, non autem media- to, & accessorio, ut in necessario defensore contingit, sive quod etiam inter laicos contentio sit de bonis, quæ de

alicujus Ecclesiæ directo sint dominio, istius legis cessat vir- tus, & operatio ex quadam forte improbabili, ac dama- nosa potius, quam laudæ digna interpretatione eidem legi attributa, ut laicalis censenda sit, utpote à præfato Ægidio Legato tanquam in temporalibus tantum Vicario condita, quod ob quam ille, qui in verbis sit directus, ac primus hæres institutus, ob testamenti vitium ratione præteritionis, vel injustiæ exheredationis, aliumve defectum in suis casibus ex legis potentia, sive ex disponentis voluntate ab eadem lege præsumpta, efficiatur hæres obliquus, & fideicommissarius, cui directus hæres ab intestato hereditatem, vel bona jure fi- deicommissi restitueret teneatur.

Quando itaque agatur de prima specie fideicommissarii expliciti agentis ad vendicationem bonorum, & jurium sub fideicommissio cadentium contra possessorem, qui se le- gitimum præterdat contradicitorum, vel quod neutro pos- sidente, sive possessione penes alium existente, qui jus con- tradicitoris verè non habeat, alter pariter agendo se opponat, atque se præterdat legitimum contradicitorum, ac propterea ista cadit questio ad infirmum effectum impediendi dic- tum summarium, ac privilegium possessorem; Tunc tituli paritas ad eodem fore derivant attenditur, ut legiti- mum faciat contradicitorum, quia nempe ambo contenden- tes ex eodem testamento, vel alia dispositione se vocatos præterdat, ut in privative ad alterum, & quodcumque cumulative, & per concurrentium vocato congruat. Cum etenim super hujusmodi pertinentiæ questione testamenti, vel alterius dispositionis formalis intrat interpretatio, ac iudicis definitio, illis meritis summarium, & executivum remedi- um postulari exigat ratio, dum coequali pertinentia est questio.

Pro ut iudicæ legitimum contradicitorum censeat meretur il- le, ex titulo hereditario testati possessor, contra quem fidei- commissi onus præterdat, non ex eadem dispositione, ex qua ille hereditatem obtineat, minuscule ex altera scripta, & explicita, cui ratio, vel dispositio d. l. finali congrua; sed ex rebus, aliisque extrinsecis probationibus suam vocationem deducat, juxta etiam in testamentorum fede recentium; Quamvis etenim eo casu cum Ægidiane terminis processum sit, ideoque denegata appellatio suspensiva, manifestum id redoleat errorem, ac injustitiam, quamvis in meritis judica- tum ita redargui non mereatur, ut in dicta fede advertitur *lib. 9. de Testam. dif. 58.*

In alia verò specie impliciti, & virtualis fideicommissi, quod à clausula codicillaris, vel ab alia æquipollenti ex legis ministerio, vel præsumptione, ut supra resultat, Quamvis aliquando idem ab infirmo Signaturæ Justitiæ Tribunali prædicatum sit eidem tamen errori, & injustitiæ id referen- dum venit licet enim in adeo disputata questione plene reasum- pta per Menoch. de adips. cond. rem. 4. n. 192. & Argel. de acquir. post. q. 8. art. 7. n. 163. & seq. & eorum relatores, an veniant jure fideicommissi ordinati in Codicillis, dictum remedium legis finalis competat, magis communiter affir- mativa opinio recepta videatur, ut ex eisdem patet.

Attamen id procedit, quando pariter de prima specie ex- pliciti fideicommissi agatur in Codicillis ordinati, adeo- que ex eisdem quoque testamentum confirmantibus jus metri dicatur hæres, vel alter possessor, sive quod cumluntiam id redoleat clarum, & expressam, proptil auctoris volun- tatem impugnant, illiusque executioni se opponendo; ideoque ex sola juris subtilitate questio proveniat, ex eo quod non directæ, sed obliqua quamvis expressa, & cla- ra sit dispositio; Secus autem quando illa dispositio ex sui fa- cte testamentum continet, quod tamen ob præteritionis, vel injustiæ exheredationis, aut solemnitate vitium, infe- ctum sit, atque pro non extante habendum, vigore autem dicte clausulæ, vel alijs ex legis fideione in Codicillis re- solvatur, adit fideicommissum implicitum, & virtuale, quod tamen per legitimum intestatum heredem citra calumnia- noram impugnetur ex deficiente disponentis voluntate, vel quia in casu præteritionis, vel injustiæ exheredationis id i- gnorat, seu cum falso præsupposito sequutum per heredem intestatum præterdat, & quo casu clausula codicilla- ris, vel æquipollens non operatur. Sive quod præterdat eam de jure non esse operativam non consistit, quod Testa- tor esset de illa certioratus, juxta unam opinionem, de qua in sede testamentorum *dif. 57. de Testam. lib. 9.* Aut quod alia similibus haberetur præteritio, ob quam patenter injusta, & calumnia facta sit, cum valeat præteritio, ob quam legatis via ex- ecutiva conceditur, atque huic remedio etiam ex codicil- lis competentis, ubi explicitum fideicommissum continent, suspensiva appellatio deneganda venit, tunc etenim clarius patet error censendus venit hoc privilegium tribuere.

mortis, vel delicti, sive alienationis, aut alterius contraven- tionis demandantur, adeo ut primus hæres, vel alter succes- sor alteri explicitè restituere sit gravatus; Et altera, que im- plicitum, ac tacitum, seu virtuale continet fideicommissum, quod resultat à clausula codicillari, vel ab alia æquipollen- ti, ob quam ille, qui in verbis sit directus, ac primus hæres institutus, ob testamenti vitium ratione præteritionis, vel injustiæ exheredationis, aliumve defectum in suis casibus ex legis potentia, sive ex disponentis voluntate ab eadem lege præsumpta, efficiatur hæres obliquus, & fideicommissarius, cui directus hæres ab intestato hereditatem, vel bona jure fi- deicommissi restitueret teneatur.

Quando itaque agatur de prima specie fideicommissarii expliciti agentis ad vendicationem bonorum, & jurium sub fideicommissio cadentium contra possessorem, qui se le- gitimum præterdat contradicitorum, vel quod neutro pos- sidente, sive possessione penes alium existente, qui jus con- tradicitoris verè non habeat, alter pariter agendo se opponat, atque se præterdat legitimum contradicitorum, ac propterea ista cadit questio ad infirmum effectum impediendi dic- tum summarium, ac privilegium possessorem; Tunc tituli paritas ad eodem fore derivant attenditur, ut legiti- mum faciat contradicitorum, quia nempe ambo contenden- tes ex eodem testamento, vel alia dispositione se vocatos præterdat, ut in privative ad alterum, & quodcumque cumulative, & per concurrentium vocato congruat. Cum etenim super hujusmodi pertinentiæ questione testamenti, vel alterius dispositionis formalis intrat interpretatio, ac iudicis definitio, illis meritis summarium, & executivum remedi- um postulari exigat ratio, dum coequali pertinentia est questio.

Pro ut iudicæ legitimum contradicitorum censeat meretur il- le, ex titulo hereditario testati possessor, contra quem fidei- commissi onus præterdat, non ex eadem dispositione, ex qua ille hereditatem obtineat, minuscule ex altera scripta, & explicita, cui ratio, vel dispositio d. l. finali congrua; sed ex rebus, aliisque extrinsecis probationibus suam vocationem deducat, juxta etiam in testamentorum fede recentium; Quamvis etenim eo casu cum Ægidiane terminis processum sit, ideoque denegata appellatio suspensiva, manifestum id redoleat errorem, ac injustitiam, quamvis in meritis judica- tum ita redargui non mereatur, ut in dicta fede advertitur *lib. 9. de Testam. dif. 58.*

In alia verò specie impliciti, & virtualis fideicommissi, quod à clausula codicillaris, vel ab alia æquipollenti ex legis ministerio, vel præsumptione, ut supra resultat, Quamvis aliquando idem ab infirmo Signaturæ Justitiæ Tribunali prædicatum sit eidem tamen errori, & injustitiæ id referen- dum venit licet enim in adeo disputata questione plene reasum- pta per Menoch. de adips. cond. rem. 4. n. 192. & Argel. de acquir. post. q. 8. art. 7. n. 163. & seq. & eorum relatores, an veniant jure fideicommissi ordinati in Codicillis, dictum remedium legis finalis competat, magis communiter affir- mativa opinio recepta videatur, ut ex eisdem patet.

Attamen id procedit, quando pariter de prima specie ex- pliciti fideicommissi agatur in Codicillis ordinati, adeo- que ex eisdem quoque testamentum confirmantibus jus metri dicatur hæres, vel alter possessor, sive quod cumluntiam id redoleat clarum, & expressam, proptil auctoris volun- tatem impugnant, illiusque executioni se opponendo; ideoque ex sola juris subtilitate questio proveniat, ex eo quod non directæ, sed obliqua quamvis expressa, & cla- ra sit dispositio; Secus autem quando illa dispositio ex sui fa- cte testamentum continet, quod tamen ob præteritionis, vel injustiæ exheredationis, aut solemnitate vitium, infe- ctum sit, atque pro non extante habendum, vigore autem dicte clausulæ, vel alijs ex legis fideione in Codicillis re- solvatur, adit fideicommissum implicitum, & virtuale, quod tamen per legitimum intestatum heredem citra calumnia- noram impugnetur ex deficiente disponentis voluntate, vel quia in casu præteritionis, vel injustiæ exheredationis id i- gnorat, seu cum falso præsupposito sequutum per heredem intestatum præterdat, & quo casu clausula codicilla- ris, vel æquipollens non operatur. Sive quod præterdat eam de jure non esse operativam non consistit, quod Testa- tor esset de illa certioratus, juxta unam opinionem, de qua in sede testamentorum *dif. 57. de Testam. lib. 9.* Aut quod alia similibus haberetur præteritio, ob quam patenter injusta, & calumnia facta sit, cum valeat præteritio, ob quam legatis via ex- ecutiva conceditur, atque huic remedio etiam ex codicil- lis competentis, ubi explicitum fideicommissum continent, suspensiva appellatio deneganda venit, tunc etenim clarius patet error censendus venit hoc privilegium tribuere.

Card. de Luca, Lib. X.

Ea etenim videtur magis probabilis, magisque recepta distinctio invicem pugnantium opinionem conciliativa ex Baldo derivata in *Aurb. hoc amplius, C. de fideicommissum. 3. vers. vel fideias*, Gugliel. de Benedict. Boer. & alii, & præ- sertim Roder. Suar. in *l. post rem iudicatam 7. notab. in fin. de re jud. Becc. conf. 17. n. 7. Merlin. lib. 2. controuv. 2. n. 16. & 17.* quod aut hæres, qui præterdat fideicommissum gravatus non negat testamentum, vel codicillos, & fideicommissum in eorum uno, vel altero contentum; Et tunc intrat iudicium summarium, & executivum respectivè; Aut negat, ejus- que impugnatio non sit patenter calumnia, sed facti, & juris indaginem exigat; Et tunc secus, ut etiam in Legato- rum sede advertitur in conspili questione, an pro lega- tis intret nec ne via executiva, ut *lib. 11. de Legat. dif. 6. & lib. 15. de Judic. dif. 42.*

Ubi etenim nulla adest testamenti, vel codicillorum scriptura, quæ formam habeat probantem, sed fideicommis- sum ex testibus, aliisque extrinsecis probationibus deducatur, juxta superius infirmatum casum, tunc impossibile est hoc remedium, ita summarium, ac privilegium practica- re, Tum quia enunciatus text. in *l. fin. ejus* inducitur ad li- teram de testamento non cancellato, neque abolito, neque ex quacumque parte vitato, sed quod in prima figura sine omni deturpatione appareat, ideoque manifestus error est omnis juris fundamento delictum, hoc remedium huic fi- deicommissi speciei applicare; Tum etiam quia ut generali- ter in iudicis, vel processus executivi sede advertitur, quan- do iudicatum pendeat à formali declaratione iudicis, an pro- bationes concludant, necne, istud iudicium nunquam intrat, ut *d. lib. 15. de Judic. dif. 42.*

Atque ubi testamentum sit ipso jure nullum, substineatur autem jure codicillorum, vel fideicommissi impliciti, ac sup- pleti à lege in vim clausulæ codicillaris, vel æquipollenti, tunc non ex testamento, sed potius ex conditione ex lege, fi- deicommissarius obtinere dicitur, ideoque tale remedium si- bi non competit, sed illa actio ordinaria conditionis ex lege, ut advertunt superius relati n. 18.

Eadem legitimi contradicitoris questio in casu converso quoque cadit, quia nempe fideicommissario possessionem pro- pria autoritate adipiscente, gravari hæres, qui fideicommis- sum negat, vel detractiones prius facere præterdat, idem ad- dipiscende remedium possessorem ex eju dem *l. fin. beneficio* infirmata, si est intestatus, vel alterum ex interdicto *que- rum bonorum*, si est intestatus, contra fideicommissarium, qui se legitimum præterdat contradicitorum ad hujusmodi remedium impediendum, tunc autem omnimodam litem reme- dii incompetentiam etiam quoad substantiam, questio percipit inanis circuitus vitandi gratia, potius quam iudicis ordinem, ac privilegium, istoque casu in fideicommissario trium vulgarium requisitorum copulatis desideratur con- currens, Primò nempe, quod fideicommissum sit clarum; Secundo, ut gravato certum sit nullas competere detractiones; Et tertio quod possessio non sit vitiosa, ut in via fideicom- missorum, ac etiam in dicta iudiciorum sede advertitur *lib. 10. de fideicommissis. 196. & seq. & lib. 15. de Judic. dif. 44.*

Alia datur quoque species omnimodo contradicitoris in substantia potius, quam in ordine adversus fideicommissa- rium actorem, ubi nempe tertius possessor, adversus quem premissum immisionis remedium à fideicommissario infi- tuatur, de valido alienationis, vel extraditionis fideicom- missi titulo doceat, puta quia pro ere alieno testatoris, vel in causam detractionum gravato alienantem competentium, sive pro dote ex legis beneficio in *Aurb. res que extraxit*, aut quia cum Principis licentia, & fideicommissi legitima deroga- tione alienatio facta sit, cum similibus peremptorijs excep- tionibus, quæ substantia actionis potius, quam ordinem iudicis percipiunt, ut *cod. tit. de fideicommissis. per. 10.*

Et hæc in ea temporis angustia, qua hujus Curie profes- sores perpetuo laborant, currenti calamo, atque ut dici so- let cursitando, mihi pro nunc memoria suppetit, ut tuo sa- tisfaciam desiderio.

ROMANA FIDEICOMMISSI
P R O
ANDREUCCIS
Responsum pro veritate.

De eadem materia, de qua supra dif. 23. an attendi debeat proximitas gravati, vel gravantis.

SUMMARIUM.

- 1 *Falsi series.*
- 2 *Quod attendi debeat proximitas gravati, etiam si gravatus vocet proximiores sibi, & quomodo id intelligendum sit.*
- 3 *De circumstantiis, ob quas magis proximitas gravati attendi debeat.*

D I S C. CCLXXII.

Heronymus instituto herede Carolo Petro filio, huic substituit Cæciliam, & Luciam Sorores, & post earum obitum, ipsius testatoris proximiores in infinitum; Cümque prædefunctus præfatis Cæcilia, & Lucia obisset postmodum dictus Carolus Petrus absque prole, aperta fuit successio ad favorem Thomæ filii Lucie, quo etiam defuncto sine prole, illam agnoverunt Andreæ filii ejusdem Lucie nepotes ex Magdalena filia, contra qui successerunt Sorores de Nucetis nepotes ex filia Simona alterius fororis testatoris, præterdentes, quod ut æqualitatem gradus ad coequalitatem successione admitti deberent, quare desuper consulit pro Andreæ filiis ad eorum favorem respondendum censuræ ratione majoris proximitatis gravati, quam hodie extra contrarium receptum est attendi debere, ut supra disc. 23. & sapientius; Nil obstantes, quod testator ipsius proximiores vocaverit, ideoque ex ejus persona proximitatem regulari voluerit, quoniam ut etiam advertitur supra disc. 202. & alibi, ista verba sunt æquivaoca, & referibilia ad proximitatem testatoris in genere, ut scilicet sint de ejus sanguine, ac etiam sibi approximent, ne aliis magis conjuncti gravati ex diverso latere, vel genere successione præterdere valeant, ut advertunt Valq. de success. lib. 3. §. 26. n. 10. & 109. Gamma decif. 7. n. 3. cum aliis, ad disc. 202. sed non per hoc alteratus censetur dictus ordo.

Foris vero in hac facti specie ex pluribus circumstantiis unum in idem ponderandis cum consueta regula, ut singula, qua non proficiunt, &c. Primo nempe, quoniam agebatur de fideicommissi successivo in infinitum protracto in tempus remotissimum, ac propterea dicebam, quod de plano intraret eadem ratio, ob quam receptum est, attendi debere proximitatem gravati potius, quam gravantis, de qua eod. disc. 22.

Secundo, ob alteram regulam, de qua supra disc. 24. & frequenter quod bona ingressa unam lineam ab ea non egrediantur, ut ad alteram transeant nisi ea evacuat.

Tertio, quoniam esset dare maximum incongruens, quod si ex Thoma fuissent filii, vel nepotes, qui habita ratione proximitatis testatoris essent remotiores, deberent excludi. Quarto stante observantia quando obijt Lucia superstiti Catharina adricum matre; Et quinto quoniam ad Luciam aviam restatorem habuisse majorem affectionem ad Luciam aviam reorum, quam ad Simonam aviam adricum, quam negligit, ideoque alterum daretur incongruens, ut persona de genere neglecto, excluderent illas de genere vocato, ac dilecto, ideoque his omnibus simul junctis, dixi clarum videri bonum sui reorum, ac malum adricum; Incertum autem est qualis fuerit controversiæ exitus.

ROMANA DEROGATIONUM.

Votum, seu discursus generalis.

An, & quando de iustitia, vel de congruentia sit locus derogationibus fideicommissorum, & quomodo istæ concedi, seu practricari debeant.

SUMMARIUM.

- 1 *De usu Romana Curie de facili derogandi fideicommissi.*
- 2 *Iste usus parum laudatus à Pontifice Innocentio XI.*
- 3 *Occasio scribendi.*
- 4 *De potestate Principis derogandi fideicommissi, aliisque ultimus voluntatibus.*
- 5 *De ratione cui hæc potestas est innixa.*
- 6 *Quid de ista potestate in præjudicium Ecclesie, vel Cause Pæ, seu Personæ Ecclesiasticæ.*
- 7 *Quid operetur derogatio fideicommissi.*
- 8 *De inspectionibus super voluntate.*
- 9 *Quæ regula de super statu valeat.*
- 10 *Quando gratia in aliquo genere nimium excoerint, tunc ab earum concessione abstinendum est.*
- 11 *Attendi debet iusta causa alienationis, & derogationis.*

- 12 *Item attendi debet bona fides eorum, qui cum fideicommissi possessore contraxerunt.*
- 13 *Consideranda est qualitas bonorum.*
- 14 *Mos Regionis attendi debet.*
- 15 *Qualis modus in alienatione bonorum fideicommissi teneri debeat.*
- 16 *Non laudatur fieri alienationes in excessu pro multiplici.*
- 17 *Non est concedenda derogatio in gratiam extranei.*
- 18 *Conclusio Discursus.*

D I S C. CCLXXII.

Cum in hoc Pontificio temporali Principatu, magis forte, quam in aliis illius Christiani Orbis nostræ communicationis, qui cum usu juris communis Civillis, & Canonici vivit, nimium irrepserit usus, qui in proximo Pontificatu Clementis X. usque ad excessum excrevit, concedendi de facili particulares fideicommissorum derogationes, ut patet ex casibus in antecedentibus enunciatis discursibus, & aliis, qui habentur in Rotæ decisionibus, que in eisdem discursibus habentur, ultra derogationem generalem rescriptam à Bulla Baronom, de qua sub tit. de Feud. Pontifici autem Innocentio XI. successori visus fuerit iste usus demeritio potius, quam commendatione dignus, ac propterea cepit denegare hujusmodi gratias, que per populos huic stylo affusæ de facili, ac frequenter petebantur, & quibus hæc tenacitas aspera videbatur; Hinc pro hujus materia regulacione, eorumdemque populorum alia satisfactio, ut agnoscerent, quod hæc denegatio iustitiae, ac æquitatis fomentum habeat; mihi tanquam ejusdem Pontificis Auditori, atque in materis concernentibus regimen civile Consultorio congruum visum fuit Votum, five Discursum generalem desuper edere, ut ita veritas quantum possibile est, in posterum eluceat.

Due itaque desuper cadunt inspectiones, una potestatis, an possit Princeps hujusmodi derogationes concedere, Et altera voluntatis, quomodo nempe debeat istam regulam, suaque potestatis sui; Quatenus pertinet ad primam, quamvis plerique superficiales hæc denegent potestatem, illa freti ratione, quod lex natura docet, ac præcipit supremæ morientium voluntatis religiose servari, ideoque non posse per Principem juri naturali derogari, ac propterea illam superficiales nimium scandalizantur, aique obloquantur de hujusmodi derogationibus particularibus, magis vero de altera generali contenta in Constit. 42. Clement. VIII. que Bulla Baronom vulgo appellatur; Attamen legitimum simpliciter, ac inceptam illi redoleat, quoniam ut frequenter advertitur hoc eod. tit. præfatum disc. 141. & disc. tit. de Feud. ad materiam præfata Bulla Baronom, disc. 74. cum pluribus, seqq. & alibi, etiam ubi agatur de primis directis, ac immediatis dispositionibus universalibus, vel particularibus motientium per testamentum, vel aliam speciem ultimæ voluntatis, adhuc supremæ Princeps derogare potest, ex ea ratione, quod factio testamenti, five facultas disponendi de bonis suis post mortem provenit à mera benignitate juris positivæ, adeo ut non desint volentes, quod hæc benignitas, vel facultas advenit potius juri naturali, vel humane rationi, unde reprobatione digna fit, quoniam est conferre dispositionem in tempus inhabile, quando jam resolutum est omne dominium, atque disponens tanquam annihilatus non est amplius dominus, multo vero magis quando non de prima, & immediata dispositione agatur, sed de ulteriori obligatione, vel fideicommissaria, que habeat tractum successivum, pluresque gradus, cum ista iuxta antiquorum Romanorum mores non esset obligatoria, sed penderet ab ejus, qui gravatus est, à facta fideicommissi nomen derivat, illa vero obligatio, que hodie prædictatur, derivat à quodam decreto Augusti, & per consequens prohibendus non est Princeps supremus, qui in proprio Principatu est Augustus, tantamque habet potestatem, quantum ille habebat in suo Imperio, atque cumcumque legi positivæ derogare potest, hujusmodi dispositionibus derogare, ut dicitur de Feud. disc. 89. & in aliis, occasione agendi de enunciata Bulla Baronom pluries advertitur, ac etiam supra disc. 141. & in aliis; Et magis generaliter agendo de potestate Principis tollendi dominia, & hypothecas, aliaque jura etiam per contractus, alioquin adus in ter vivos correceptivos ad limites justitiae commutativæ, advertitur sub tit. de Regal. disc. 248. 177. & 195. & in aliis pluries, adeo ut apud illos, qui scientifico more pro principia, & rationes discurrunt, istud assumpsum defectus potestatis ejus, qui jura supremi Principatus habeat cum facultate condendi, & destruendi legem positivam, inter fabulas, ac inceptas reponi mereatur.

Aliqua

Aliqua solum non improbabili dubitandi ratione cadente in dispositionibus, que conceptæ sint ad favorem Ecclesiarum, vel Clericorum, & personarum Ecclesiasticarum, seu alias exemptarum ab ipsius Principis potestate, & jurisdictione, que ita cum non subdito exerceri diceretur; Verum hæc difficultas cessat in Papa, utopore habente utrumque gladium, juxta ea, que sub tit. de Dote, disc. 143. & alibi frequenter habentur circa actus juratos cum similibus. Et nihilominus etiam ubi agatur de Principe laico, ista ratio dubitandi cadere videtur in illis casibus, in quibus jus, vel dominium bonorum jam questum sit Ecclesie, vel personæ Ecclesiasticæ, vel aliis exemptæ, que factio Principis, cui non subest, privati diceretur jure jam questio, & obicito; Secus autem ubi ageretur de jure quærendo, five quod præjudicium non esset directum, sed indirectum, & consequitivum, abolvendo nempe proprium subditum ab illo onere, ac declarando ad eum non obligatorium, five habitandum inhabilem, ut in habilitatione forensium, vel in legitimatione illegitimorum, & similibus contingere solet, ex ductis eod. tit. de Regal. disc. 87. ac etiam disc. disc. 143. de Dote, & disc. 39. de alienat. & contract. prohib. alibi pluries.

Idque præsertim magis de plano procedere videtur in hac materia derogationis fideicommissi pro facilitate alienandi, vel obligandi bona illi subiecta, quoniam cum ex veriori, magisque recepta frequenter enunciata opinione ille, qui primò, vel etiam ulteriori fideicommissi præsertim conditionalis gravatus est, interim dicitur versus dominum, habens verum, ac perfectum dominium resolutioni subiectum, & refrænatum circa liberam facultatem disponendi; Hinc Princeps concedendo derogationem, tollit solum hoc obstatulum, ut eo sublato, possit jure proprii domini alienationem, vel obligationem facere tanquam restitutum antiquæ libertati ad instar hominis liberi, & integri, qui accidentibus vinculis ligatus reperitur, quod eis solutus ambulat, & operatur cum propriis membris ex naturali facultate.

Quo vero ad alteram inspectionem voluntatis, illa subdistinguitur in tres alias; Unam, quia de facto addit derogatio jam per Principem concessa, sed præterdatur deficiente jure ob vitium subreptionis, vel obreptionis, vel aliter defectus intentionis; Et alteram, quod licet certa sit voluntas, attamen male sit regulata, adeo ut eodem concedente, vel à successore gratia mereatur moderationem; Et tertia quando res est in fieri, atque hujusmodi derogationes petantur, quomodo regulanda sit voluntas in gratia concessione, vel denegatione.

Super duabus primis inspectionibus statui non potest certitas, & uniformis regula generalis, cum sint quæstiones potius facti, quam juris ex factis, & singularium casuum particularibus circumstantiis regulanda, ideoque quoad primam conferunt quæ super vitio hujusmodi derogationum habentur supra hoc eod. tit. pluries, & præsertim disc. 165. & super alteram conferunt quæ super revocatione, vel moderatione gratiarum tertio præjudicialibus, habentur ad disc. 148. & 177. de Regal. & in aliis pluries eod. tit. Quare sic restringendo ad tertiam super hujusmodi gratias concedendis, vel denegandis, pariter materia videtur incapax certæ regulæ generalis quibuscumque casibus applicabilis, quodque veritas persolutio pendeat à facti circumstantiis, nempe à qualitate personarum, ac bonorum, nec non locorum, & temporum, aliisque contingentiis; Ac propterea irratione digni censendi veniunt illi, qui nuntur exemplis, atque ex eo quod in aliquibus casibus hujusmodi gratia concessæ, vel respectivè denegatæ fuerint, ad omnes alios casus arguere volunt.

Pro aliqua tamen regulatione arbitrari, cui totum revera commissum videtur, aliqua statuenda videtur regulæ, non quidem, ut ad litteram ac generaliter in omni casu pariformiter attendi, ac practricari debeant, sed ut deserviant pro quadam norma dicte regulationis arbitrari, largius, vel respectivè parcius interponendi, prout singulorum casuum particulares exigant circumstantiæ.

Primo itaque restringendum est ad tempus, & an in hujusmodi gratiarum concessione irrepserit, nec ne, aliquis abusus ob earum copiam, nimiumque ac excessivum usum, ut hoc tempore ob magnam quidem facilitatem, ac benignitatem Prædecessoris sequitur, Tunc etiam nimium parce, ac tenaciter procedendum est in hujusmodi gratiarum concessione, quamvis alia sit in tempore non alterato fieri debeat, ut ita eradicet malum, atque tollatur occasio scandalali, ex mediocri regula; quod magnis moribus magna, & exquisita remedia congrua sunt, atque contraria cum contrariis curari debent; Unde quando malum provenit à magna repetitione, magna adhibetur exinanitio, vel dicta, ip-

Card. de Luca, Lib. X.

saque natura frequenter docet, quod nimiam ubertatem, quandoque Republicæ præjudicalem cum fertilitate compensat; Atque ubi virgulti, qui directi esse debent, ex curia agricolæ, vel ex alio accidenti fluctuant, adeo effecti sunt curvi, tunc per peritum, ac diligenter agricolam cum aliqua vi fluctuant in partem oppositam, ita ut ad eorum naturalem rectitudinem redeant, cum similibus, ideoque prudenter, ac fundatè adhibetur stylus adhibitus etiam ex eadem ratione per alios Summos Pontifices, & præsertim nostræ ætate per Urbanum VIII. in primis anni Pontificatus eo eadem nimiam indulgentiam, & facilitatem Gregor. XV. prædecessoris, & Innoc. X. ob eandem pariter facilitatem præfati Urbani circa finem, quando senio confectus, aliique accidentibus fastidius, de facili subiacebat, juxta frequentem consuetudinem, deceptionibus Ministrorum, à quibus quando bene, ac fideliter eorum munera non exerceant, ut plurimum omnia Principum mala, & errores proveniunt.

Secundo, & quidem principaliter, ac potissimè ponderanda est causa debiti contracti, vel contralendi, vel alterius indigentia, ob quam bonorum fideicommissariorum propriam, vel impropriam alienationem facere oporteat, vel expediat, juxta ponderationes, de quibus agendo de Bulla Baronom, & quomodo illa practicanda fuit, habetur sub tit. de Feud. disc. 73. & 73. & alibi, adeo ut viri similes afflatis, vel e converso restat disponens voluntas; Utrpote quod possessor fideicommissi numerosa familia sit gravatus, ac propterea pro dotandis filiabus, vel pro sustentendis filiis in studiis, & viribus, vel similibus occurrentis contracta sint debita, vel contrahere oporteat; Ut præsertim pro imbecillis, vel pro se redimendo ab hostibus, ut latronibus; Legis autem dispositio non afflatis, qua nempe agatur de fideicommissi transverfali, adeo ut juxta magis communem, magisque receptam opinionem non intrat dispositio Auth. res quas, C. com. de legat. quoniam tali casu congruit, ut Princeps suppleat, leges autem ubi pro dispensationibus, & imprudentis luxuriose vivendo, cum similibus circumstantiis.

Tertio quoque potissimum considerandum venit, an creditores, vel alii, qui cum possessore fideicommissi contraxerint, ejusque fidem secuti sunt in bona, vel respectivè mala fide veritas fuerint, quia nempe probabili ignorantia fideicommissi, atque opinantes ejus possessorem divitem, & idoneum, illi crediderint, ejusque fidem justè sequuti sint aliis non credituris, sed e converso fuerint concili, & in mala fide iusta exactione indigni, atque ad id potissimè dignoscendum, nimium reflectendum videtur ad qualitatē debiti; an sincerum, & verum, nec non grativum, vel sub illis moderatis, & suavis usus, sub quibus viri idoneis credi solet, vel e converso veritas, ac sinceritas, & præjudicialibus suis, five sub gravibus usus, ac dissipatoris facere solet cum callidis creditoribus, dum ita illud majus lucrum compensandum est à periculo, cum similibus circumstantiis prudentis viri arbitrio pensandis, ad quod conferunt ea, que habentur supra de contrahente ceter, vel ignorantur.

Quarto de consideranda est qualitas bonorum, & an talis natura sunt, ut eis congruat illa perpetuitas, que pro humana stultitia desiderari solet, ut ex. gr. sint Civitates, Oppida, & Castra, vel magna, & conspicua prædia, five magna, & conspicua palatia, secus autem ubi agatur de illis fideicommissis, irratione quidem dignis, que ordinentur in ordinariis domibus, & vineis, ac in locis montium, & censibus, ac mobilibus, & similibus rebus consumptioni, & dissipationi, vel consumptioni de facili subiectis.

Quinto spectari debet mos Religionis, vel loci, & an gratia sit solita, vel insolita, & paritura scandalum.

Et sexto reflecti debet ad modum alienationis, ut per istam consularum necessitatis, non autem committantur fraudes, minusque relinquatur occasio majoris damni successivæ, ac propterea sæpius in facti contingentiis dicere consuevit, atque advertitur in diversis locis hoc eod. tit. ac etiam disc. 145. de Dote, magis expedire concedere derogationem pro vera, & omnimoda alienatione aliquis rei, quam concedere licentiam imponendi censuræ, vel contrahendi debita sub usus, quoniam priori casu fideicommissum aliam non patitur iacturam, quam illam, que resultat ab alienatione certe rei, in altero autem negligendo solvere fructus, pati potest omnimodam everfionem, cum similibus considerationibus prudentis viri arbitrio faciendis.

Et licet hujusmodi derogationes palliari soleant cum remedio faciendi alienationem ultra indigentiam, ad effectum derelinquendi partem preli pro multiplici, insequendo fideicommissum reintegretur, attamen experientia ita doceat, cum

11 2 nimium